



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

Continuatio de peccato originali. Colloq. LXXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

Con. Lat. exilium relegant, & regno caelorum
can. 1. excludunt. Meritò ergo infamis ille
Mile. cã. & infernalis error auctoritate fan-
2. Trid. ctæ Ecclesiæ, & tam antiquorù quã
ses. 5. de- moderuorum constitutionibus, Cõ-
creto de ciliorum explosus fuit & condem-
pec. Orig. natus, tum etiam à sexcētis S. docto-
6. ses. 6. toribus, qui post Apostolorum tẽ-
6. 4. ses. 7. pora eandem cum nobis sententiam
c. 5. propugnarunt, libris ac scriptis for-
S. Dion. tissimè abiectus & profligatus.
Ecc. Hie.
c. 7. Cyp.
ep. 56. S.

Am. l. de *Alia adhuc super peccato originali.*
ijs qui i-
nitiãtur.

mys. c. 4.
 T H E O.

COLLOQVIUM LXXIV.

NATV verò mihi argumentũ
 admodum dissimile à meo
 proposito inuehere velle vi-
 deris, quippè cum ego hoc loco non
 hæses refutandas susceperim, sed
 breuiter de animæ valedictione, de
 morte & de armis, quibus in eã pu-
 gnare nos oportet, tecũ differere, cũ
 animo meo conuentum sit. PHIL.
 Quæ verò melior lucta contra mor-
 tem reperiri tibi posse videatur,
 quam laudabile illud & nunquam
 satis commendatum hæses refu-
 tandi

tandi studium: quippè cum eæ vera
 causa, scaturiginesque mille planè
 mortium sint, tam corporis quam
 animæ? THEOL. Certum id reuera
 est, etsi ego aliud quoddam subiectū
 te deligere maluissem, quod aliquā-
 tō armis istis de quibus nos disce-
 pramus, similius ab utroque nostrū
 existimaretur. Itaque ad peccatum
 originale reuertens, dico illud pri-
 mam animæ mortem esse, & per
 merita I E S V Christi per baptis-
 mum applicata, deletum, subla-
 tumque in infantibus iudicari:
 Quippè cum baptismus vnicum me-
 dium sit, per quod homo Deo re-
 conciliatur, illius gratiam consequi-
 tur, & hæres coelestis regni decla-
 ratur. P H I L. Vtrum ergo tu existi-
 mas peccatum illud originale aqua
 baptismatis totaliter elui & ex-
 purgari? THEOLOG. Ita sanè.
 P H I L O S. Vnde tu mihi ergo
 carnis illam rebellionem proficisci
 dices, quæ in baptisatis etiam
 & hac labe probè perpuratis con-
 spicitur ac reperitur? THE. Id verò
 nos reliquijs illis adscribimus, quæ
 nobis

Mar. 16.

Act. 2.

2. Pet. 3.

1. Cor. 6.

Rom. 6.

S. Basil.

hom. 13.

S. Aug. 1.

1. cont. 2.

Ep. Pet.

c. 13.

nobis eo ipso, quod homines sumus, post pretiosissimum illud lauacrum, insident & inhærescunt. PH. Parum ego perspicuè te locutum mihi fuisse arbitror: Nam cum illud fides nostra statuat atque decernat, nihil plane toxici illius Originalis in hominibus relinqui, vnde ego influencias illas, quæ in animas corpusq; nostrum transfunduntur, proficisci dicam ac promanare? Si radix corruptionis euulsa est, si sentina exhausta & euacuata, vnde amabo, tot spinæ enascuntur, à quo fonte tot riui infirmitatum & malarum inclinationum in carnem nostram & partem hæc animæ inferiorem defluunt atque destillant? Hinc enim Diuus Paulus exclamat atque cõqueritur. *Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuam me in lege peccati, quæ est in membris meis: Et deniq; ait: infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Cui mihi oēs SS. in omni retro memoria assensisse & adimplati fuisse videntur. TH. Rẽ omnino loqueris, complures sanctos fuisse qui*

Rom. 7.

24. 25.

sequi concupiscentiam hanc in ho-
 mine relictam grauiter luxerint, ac
 deplorarint: Tu mihi tamen illud
 credas velim, nihilminus eam es-
 se quam peccatum, sed tantum pec-
 cati stimulū quemadmodum nostri
 Theologi cum sacra scriptura atte-
 stantur: Itaque si alicubi eam pec-
 catum appellatam reperias, id tu mi-
 hi factum esse arbitrare, quia ad
 peccatum inclinatur, & peccati ple-
 na est, prout sancti doctores &
 concilia haecenus declarauerunt.
 Itaque inclinationes ad malum, in-
 constātia, oscitātia in bono, & simi-
 les infirmitates post spiritualē hanc
 febrim relictā, & careni terrae no-
 strae corruptae ac deprauatae, ita in
 homine remanserunt, quemadmo-
 dum etiā morbi, mors, & reliqui do-
 lores ac pēnae peccati originalis; cu-
 ius meliorem causam, ac plausibili-
 orem rationem allegare tibi nō pos-
 sum quam creatoris nostri placitum
 & constitutionem, non tantum ius-
 tam sed misericordiae etiam plenā,
 sapientiaque vnde quaque refertā.
 Ac primum quod ad misericordiam

*Iac. 1. Rō.**6. Conc.**Trid. ses.**5. c. 5. S.**Aug. l. 1.**de nupt.**Et conc.**c. 23. Et**25. l. 1. cō.**duas epif.**Pelag. c.**13. l. 1. re-**tra. c. 15.**Rom. 7.*

Y

atti-

attinet, apparet ea liquidò ac euidenter, in eo, quod malum sustulit, cuius solius formidine percelli nos debemus, aut si clarius vis, quod infectionem peccati, quod paradisi portas nobis occludebat, ex natura nostra euulfit & extirpauit. Iam iustitia etiam manifestè in eo cognoscitur, quod quosdam veluti stimulos & aculeos, vulnerum sanatorum, ac pruritus aliquos plagarum concretarum in nobis reliquit, vt videlicet signa & memorialia quaedam essent peccati nostri. Purgauit ergo partem animæ superiorem virtute sua, eamq; fortitudine ac pulchritudine sua, semel deperdita, rursus exornauit, & inferiori rebelliones quasdam adiungit, quas facillimè assistente diuina gratia, & aurigantem rationem sequendo, qui in propriam perniciem faciles esse non volunt, constituere possunt & moderari. Contriuit ille serpentis caput, in quo omnis veneni & interuersionis fons scaturiebat, reliquit autè truncum corporis & caudã, quæ mouere se potest, & illud etiam agere,

verus

verus vt serpens esse videatur; at ne-
 quaquam nocere, nequaquam vulne-
 rare, nequaquam venenare, nisi nos ipsi
 id velimus ac studeamus. Quã verò
 pulcrè bonitas illius & inexhausta
 sapientia simul in eo apparet, quod
 hac ratione intra modestiæ terminos
 & humilitatis limites nos noluit
 cōtinere? Etenim si horribili isthac
 maledictione liberati, nullū penit^o
 aculeum aut spinã persentiscerem^o,
 illud facilè euenire posset, vt ingen-
 tis istius beneficij obli ti, nostris vi-
 ribus ascriberemus, quod Dei, quod
 diuinæ gratiæ propriū ac particula-
 re est. An verò tu hoc loco D. Pauli
 petitionē ac repulsam non recorda-
 ris, qui ait? *Et ne magnitudo reuelati-* *Cor. 12.7*
onum extollat me, datus est mihi sti- *8.9.*
mulus carnis meæ angelus Sathana,
qui me colaphizet. Propter quod ter-
Dominum rogavi vt discederet à me:
Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia
mea: Nam virtus in infirmitate
perficitur. Vides quemadmodum
 Sancto huic Apostolo spinæ il-
 læ de quibus loquimur, relictæ
 fuerint, ne fortassis superbia in-
 flare-

flaretur, & modestiæ Christianæ limites transfiliens à quo ceu fonte sanctitas profluet, obliuisceretur, & inquam corruptionem caro eius precipitatura eum sit, absque diuina gratia foret, non assidue recordaretur. Vides quemadmodum cum Deo parum admodum fuerit, tot iam gratijs Apostolo suo collatis, hanc etiã addere, vt ab isto stimulo illum liberaret, nequaquam tamen id facere voluerit, quò videlicet eum intra modestiæ ac humilitatis limites contineret. Vides quemadmodum optimus & sapiētissimus ille naturæ nostræ reformator, puncturas aliquas nobis reliquerit, quibus anima excitatur ac rugit, non aliter quam si colaphis alapisq; cæderetur: quo nimirum instar D. Pauli in nobis virtus humilitatis, veræ basis, matris ac nutricis omnium virtutũ augetur & amplificaretur. Cæterum eadem hæc diuina bonitas ac sapientia inde elucet, quod modum materiamque nobis suppeditare vult, de nobis ipsis insignem triumphum ac victoriã referendi. Maneat idcirco isthanc
pec.

peccati originalis, quæ est mala dispositio appetitus sensitivi, fax tætarionum, origo morborum, fons inordinatarum animæ affectionum, ideo relictam nobis esse, ut ad bella exercitati efficeremur, & insigni ab hostibus victoria reportata, corona nobis nobilissima ac triumphus decerneretur: quod reuera haud aliquanto amplius est, quam si per baptismum omnia cum peccato originali extirpasset, funditusque deleuisset. Capitaneus qui hostes suos interneccioni dat, multum præstat: verum qui edomitos sibi subiicit, & à viuentibus fructum, decus, gloriamque mutuatur, hic profecto non paulò meliorem operam nauauisse existimandus est. *Lin. 4. dec. l. 3 in triūpho Cn. Cor. Et l. 7. in triūpho Acilij. Alex. l. 6. c. 6.*

Imperatores Romani inter vniuersum triumphi apparatus, inter deuictorum ferculum, inter aurum coronarium, hoc sibi maxime honorificum arbitrabantur, si domitarum gentium effigies in Urbem intulissent. Octavianus triumphaturus plaris faciebat Cleopatram viuam, quam reliquam

liquam omnem magnificentiam & pompam : hinc cum ea intellexisset, & irritatarum in se aspiciendum moribus mortem sibi conscivisset, Imperator minus celebri in Urbem triumpho se ingressurum existimabat, nisi eam vivis expressam coloribus secum abduxisset. Iam Pompeij triumphantis ea pompa fuit & magnificentia, vix ut quidquam honorificentius in eo quidem genere ab vltimo fuerit usurpatum : nam & conjugem liberosque Regis Tigranis, Regem Iudæorum Aristobulum, & sororem Regis Mithridatis cum quinque liberis, & trecentos triginta quatuor captivos seu obsides in comitatu suo habebat. Quam verò Vespasiani ac Titi etiam Imperatorum, post devictam Iudæam, & Hierosolymorum urbem expugnam, magnifici illustresque triumphivi sunt, quod ingentem captivorum vim & multitudinem secum abduxerant ? Iam si Imperatores
 isti

*App. in
 Mithrid.*

*Iosep. l. 7.
 de bel.
 Ind.*

isti hostibus caruissent, ea reuera
 etiam gloria quam consecuti sunt,
 frui non potuissent; & postquam
 eos inuenerunt, tunc demum vi-
 ctoriam se eximiam illustremque
 retulisse existimauerunt, cum non
 dicto vitam ijs eripuerunt, sed eri-
 pere potuerunt; ideo eos autem vi-
 uere maluerunt, vt captiui & vi-
 cti, gloriam victorum augerent.
 Deus ergo ad hunc modum stimu-
 lum istum concupiscentiae, mor-
 bos, mortem, aliaque veteris A-
 dam incommoda, inimicos ratio-
 nis, hostes humanae naturae relin-
 quere voluit, vt nimirum ij nos,
 non aliter quam Iudaeos olim
 Philistaei acuerent & excitarent.
 Remanserunt eodem plane fine
 in mundo Diaboli, improbi in
 Rebus publicis; imperfecti in Re-
 ligionibus, nullam omnino ali-
 am ob causam, quam vt bonos
 exerceant, humilitatem & san-
 ctitatem eminere faciant, sic-
 que perfectio Ecclesiae & sua-
 rum partium, iuxta iniquita-
 tem,

tem, superbiam, ignauiamque collocata, tantò magis elucescat, sicuti psal. 109.2. *Dominare in medio inimicorum tuorum*: Ita quoque inimica ista infirmitates has in quolibet homine superesse vult, ad fortium, ad magnanimorum exercitationem: cum itaque pigri & desides ijs commouentur & molestantur, verè contra virtutis ac laudis studiosi ijs delectantur ac recreantur, non quod istiusmodi stimulos experiantur, sed quia hanc diuini numinis mentem esse intelligunt, vt velut in istis ignibus probentur & excoquantur, & verò etiam quia materiam laudis gloriæq; esse cognoscunt, vnde eos si bi eripi, nisi cū Deo placuerit, non desiderant aut concupiscunt. Verò enim verius illud est animum altum & exaggeratum dolere & indignari cum ijs se destitui vider, quibus acui poterat, quibus excitari. Nam & de Alexandro Magno memoriam accepimus, quod quoties patrem suum urbem aliquam aut prouinciam cepisse intellexisset,

set, indignari fuisse eum solitum *Plut. in*
 quasi nihil sibi hostium relinque- *Alex.*
 re velle cogitaret, illudque etiam
 saepenumero vsurpasse, malle se
 hereditatem magni alicuius & pe-
 riculosi belli ab eo sibi legari, in
 quo fortiter praeliando laudem glo-
 riamque adipisceretur, quam ne-
 scio quid thesaurorum & deliciarum
 sibi relinqui. Si Deus post passio-
 nem filij sui, mortem corpoream
 plane aboleuisset, & ereptam semel
 homini immortalitatem restituif-
 set, quantum animarum Martyrij
 gloria caruisset, gloria inquam in-
 estimabili & omni immortalitate
 gloriosiore? quid? si infirmitates,
 & alias humani corporis afflictio-
 nes sustulisset, quot animæ coronis
 suis spoliatae fuissent, quas non ni-
 si per patientiam promereri potue-
 runt? Et quantum tu amabo sancto-
 rum in generalis illius iudicij die
 comparituum arbitraris, quo-
 rum alij fortiter carnis stimu-
 los retuderunt, alij ventos munda-
 nae gloriae constantissime repule-
 runt? hi auaritiam, hi superbiam,

hi gulam, hi socordiam subiugauerunt? quorum nonnulli iracundiam refrenauerunt, nonnulli timorem compescuerunt, & innumeras alias inclinationes à primo nostro peccato profluentes promanantesque represserunt? Hic autem sui ipsius victorijs, quid quæso illustrius, quid honorificentius est?

*Cic. pro
Marcello.*

Fortior est qui se, quàm qui fortissima vincit

Mænia, nec virtus altius ire potest.

Nam etsi non absque laude ciuitates capiantur, oppida inuadantur, munitiones expugnentur, illud tamen nescio quid exaggeratum & eximium in se continet, se ipsum vincere, se ipsum posse subiugare. Certè nec Ciceroni quinquaginta dux & quot excurrunt victoriæ, tantum Iulio Cesari laudis & ornamenti conferre videbantur, quantum vnica illa facilitas, qua M. Marcello delicti veniam faciebat: nam cum externos hostes retunderet & re

frenaret, alios edomabat: suam autem iram animique impetum retundendo seipsum omnibus omninò fortiolem superabat & subiugabat. Reperies tu mihi ingentem eorum militum ac etiam Imperatorum multitudinem, qui in conflictibus, in obfidionibus, in belli offensionibus, mirabilem fortitudinis laudem & constantiæ facilè consequantur, verùm cum carnis aliqua passio aut Venerea titillatio coerenda est, hastam confestim abijciant, & statione cedere non vereantur, sic qui paulò ante hostium manubijs illustres erant, momento temporis ab inermi & delicata muliercula sæpenumerò superantur. Nosti tu præclare quid in Poetarum fabulis de Hercule illo circumferatur, qui cum pedibus suis terram commoueret, monstra trucidaret, vrbes expugnaret, Tyrannos mactaret, nihilominus ab imbelli foemina ita emolli-

tus & eneruatus fuit, vt inter puel-
 larum examina cholium tene-
 re, fila ducere, pensumque quo-
 tidie annumerare non erubelce-
 ret. Quantum tu nunc Tyrin-
 thiorum ac Herculum esse putas,
 quos in armis inuictos, in pas-
 sionibus foeminas possis nuncu-
 pare? quantum tu eorum inue-
 nies, qui scopulos, qui montes,
 qui saxa perrumpant atque per-
 fringant, & tamen vel ad exigua
 concupiscentiae ictum corru-
 ant, ac collabascant? quantum
 eorum qui scite & accuratè equos
 suos frenabunt, regent, & guber-
 nabunt, carnem autem corpus-
 que suum in rectae rationis gyro
 retinere ignorabunt? qui perite
 gradarios exercebunt, Pegasis
 infidebunt, ab asino autem suo
 excuti & è sella eijci se patientur?
 & non aliter quam falco lepo-
 rem, coruus cadauer, porcus lu-
 tum, sic illi voluptatum sordes, &
 impurissimarum libidinum ca-
 num confectabuntur? Porrò et-
 si tu istorum ingentem vim im-
 manem.

Aluff den
 Esel se
 Gen.

manemque adeo multitudinem re-
 perturus sis, plures tamen omnino
 inuenies, qui cum nec fortiter in
 exteriorem hostem præliari, nec
 viriliter contra internum dimicare
 possint, nihil tamen aliud agant &
 studeant, quam ventri, quam linguæ
 indulgere: Pondera reuera terræ
 tantum, ollas Aegyptiacas Sponfos
 Penelopes, Numerum, & humani
 generis portenta. Quos tu ergo
 nunc eximios milites, quos athle-
 tas, quos pugiles, quos Bellatores
 Dei in hoc mundo & Ecclesia mili-
 tante esse arbitraris, nisi eos, qui in
 hoc bello exercitati sunt, qui pas-
 siones suas continere, eas capere,
 eas subiugare, & insignem de ijs ac
 legitimum triumphum reportare
 possunt? Relinquens nos proinde
 diuina prouidentia in his peccati o-
 riginalis desertis, thesauros perfe-
 ctionis suæ & bonitatis demonstra-
 uit, & vt ex nostris spinis per suam
 gratiam & potentiam insigne no-
 bis gloriæ sertum ac coronam con-
 texeremus commendauit. Quisquis
 ergo in carne sua carduos, spinas,
 Y 7 insul-

2. Cor.
12. 9.

insultus, & rebelliones istiusmodi experitur, is reuera non animo cadere, non deficere, non desperare debet, sed cum insigni illo IESU Christi Seruo & Capiteo posse exclamare: *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi:* de se nihil sibi polliceri, sibi ac suis viribus diffidere, & in Gratia DEI spes suas collocare, qui sicut pugnandi occasionem illi suppeditat, ita quoque virtutem ad vincendum subministrabit. Arripiet ille arma Christianorum, sacramenta, ieiunia, disciplinas, lorica sancti Hieronymi, & alia tela, quibus Diabolo metum horroremque incutiat. Felices itaque & fortunatos illos, qui fortiter rem gerentes, & immortalia ista beneficia agnoscentes, pro diuinæ Maiestatis honore, ac animæ suæ salute & incolumitate viriliter dimicabunt. Infelices contra illos & deploratos qui segni ocio, & turpi ignauia marcere, quam fideliter certare maluerint. Vides

nunc

nunc quemadmodum mors contra mortem prælietur. Vides quomodo peccatum originale mors animæ sit, quomodo per merita filij DEI abluatur, quomodo illius reliquæ post Baptismum ceu materia belli & victoriæ fortibus relinquantur, ignavis autem & fœcordibus vt messis ignominia, & seges confusionis æternæ, qui videlicet aut noluerunt, aut nesciuerunt armis & auxilijs ijs vti, quibus infinita bonitas nos munit ac instruit, vt videlicet in nobis ipsis decertantes, victoriam illustrem de nobis ipsis referamus. Nunc de peccato actuali quæpiam etiam dicenda sunt.

De peccato mortali & veniali.

COLLOQVIUM LXXV.

PECCATVM actuale, quod secundum membrum diuisionis peccati antea à nobis illata constituit, ita appellatur, quod ab actione speciali libera nostræ voluntatis proficiscatur, quod de ori-

THEO.

Peccatū

actuale.